



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 90119266**

§. 90. Variæ Sacrarum Congregationum desiones.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](#)

Sæc. XVIII. nitati illatam repararunt, cunctis in  
A. C. 1711. pristinum statum reductis, hinc Ponti-  
 fex anno sequenti die decima quinta  
 Novembris eos laudans ~~hortabatur~~,  
 ut ~~conscientiæ~~ suæ consulerent, & propririo Pastori suo debitam ab omnibus  
 reverentiam exhiberi curarent. Infoper Papa die decima Julii concessit, ut  
 Beatificationis caussa V. Josephi a Co-  
 pertino agi & discuti possit, et si non  
 dum fuissent elapsi quinquaginta anni  
 ab ejus obitu: Beatificationis autem  
 caussam V. Roberti Bellarmini hoc item  
 anno Jesuitæ vehementer urgebant,  
 quæ tamen Pontificis & S. Congrega-  
 tionis judicio rejecta est.

## §. XC.

*Variæ Sacrarum Congregationum  
 decisiones.*

*Conf. S. Con-  
 greg. Rit.  
 Concil. &c.* Plures insuper occurrunt Sacrarum  
 Congregationum decisiones hoc an-  
 no emanatæ, & quidem die nona Fe-  
 nuarii S. Indulgentiarum Congregatio-  
 nisu summi Pontificis decidit, quod  
 Reliquiæ Sanctorum a Romanis cæ-  
 meteriis extractæ possint publice in  
 supplicationibus deferri, die autem vi-  
 gesima sexta Martii Congregatio Epi-  
 scoporum respondit, quod licuerit, &  
 liceat Archiepiscopo ingredi Conven-  
 tum

tum PP. Dominicanorum cum Cruce <sup>Sæc. XVIII.</sup>  
 erecta, etiam occasione Urbanæ visita- <sup>A. C. 1711.</sup>  
 tionis cuiusdam Episcopi hospitis. Sacra  
 autem Congregatio Concilii die secun-  
 da Maij innovavit privilegium PP. Car-  
 melitis ab Innocentio XI. Anno 1680.  
 concessum, vi cuius non licet Parochis  
 in associatione Cadaverum ingredi Ec-  
 clesiam PP. Carmelitarum Discalcea-  
 torum cum stola & Cruce elevata,  
 sed intra Ecclesiam dare ultimum vale,  
 prædictis Parochis non ingredientibus  
 Ecclesiam. Eiusdem vero Mensis die  
 duodecima S. Congregatio Indulgentia-  
 rum declaravit, in Brevibus Indulgen-  
 tiarum circa hæc verba: *præsentibus ad*  
*septennium tantum valituri septennii tem-*  
*pus non a die Publicationis, sed a die*  
*datæ Brevis incipere. Die etiam de-*  
*cima quinta Martii statutum, ne in*  
*admittendis Puellis ad habitum Mo-*  
*nasticum singulares pompæ, vel musi-*  
*cæ adhibeantur, aut alii, præter Pa-*  
*rentes & sanguine conjunctiores, in-*  
*vitentur: cum autem Sabaudiæ Dux*  
*feudatarios feudi Cortanziani, Ciste-*  
*rensis & Montaphiani, quas Urbes Papa*  
*Sedis Apostolicæ jurisdictioni plene*  
*subjacere obtendebat, variis vexatio-*  
*nibus, impositisque oneribus eo fine*  
*vexaret; ut eum velut supremum Do-*  
*minum recognoscerent, hinc Joannes*

Bb 4

Ba-

Sæc. XVIII. Baptista Spinula Cardinalis S.R.E.  
A.C. 1711. Camerarius speciali edicto die vigesima  
 octava Januarii cunctis hisce Vasallis  
 injunxit, ne hunc Ducem agnoscerent,  
 nec ei contributiones in præjudicium  
 supremi Dominii S. Sedi competentis  
 persolverent: cum vero ejusdem Du-  
 cis Ministri post mortem Joannis Fran-  
 cisci Marchionis a S. Thoma, Abbatis  
 perpetui Abbatiae S. Benigni Fructu-  
 riensis, vacantis hujus Abbatiae ju-  
 risdictionem, fructusque vacantes, quas  
 sibi Camera Apostolica jure competere  
 ajebat, ope satellitum, armataque  
 manu occupassent, & Felicianum Sau-  
 dinum Abbatiae Procuratorem aliosque  
 a Papa deputatos verberibus, minis &  
 convitiis affectos ad carceres deduxi-  
 sent, eapropter Joannes Patricius Ca-  
 meræ Apostolicæ Thesaurarius omnes  
 hosce Administros intra quadraginta  
 quinque dies Romæ comparere jussit:  
 Qui cum non parerent die decima  
 septima Februarii tanquam excommu-  
 nicati vitandi palam denuntiati fuere,  
 hæc vero controversia usque ad annum  
 hujus saeculi decimum nonum tenuit.

## §. XCI.

*Synodi Monasteriensis Decreta.*

Hoc